



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 285. De mansis traditis in villis Bisikiburg et Astereshus in pagis Hasugo atque Hrecwiti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

## §. 285.

Tradidit gerulf in *bisfinisburg* (e) unum mansum et VI mancipia *seruilia* (f) et quidquid habuit illic tradidit godescalcus pro patre suo abban in *asteresbus* (g) unum mansum et XXX. iugera.

gubernante Corbeiam Bouone.

## §. 286.

Tradidit bernhardus pro filio suo bernhardo unam familiam in *erugen* (h)

## §. 287.

Tradidit berthild pro se in *berthabaniuthe* (i) . . . . . tra-

pfisse *Ordago* comiti anno ætatis suæ XVI, et consideremus, *Hadeburgam* circa annum 884 iam vixisse matrimonio cum *Ordago* comite coniunctam, vti ex hoc loco patet; *Hadeburga* nata esse possit anno 868. Si ergo *Heinricus Hadeburgam* anno 907 dimiserit, tempore diuortii illa annum ætatis egisset XLI. Posito itaque, quod verisimile est, casu, illam cum *Heinrico* tribus annis vixisse in matrimonio; *Heinricus* eam duxit anno ætatis *Hadeburgæ* XXXVII, et *Heinricus* ipse tunc habuit ætatis annum XXVIII. Quamuis autem ex his momentis sequatur, *Hadeburgam* ætate præcurrisse *Heinrico*, differentia tamen hæc non ita magna erat, vt ea *Heinricum*, inhiantem hereditati et diuitiarum vtilitati, ex *Hadeburga* speraret, impedire potuerit, quo minus matrimonium cum illa contraheret. Id ipsum ex *Ditmari* verbis T. I. *Leibn.* p. 325. conclusimus. Fuisse itaque *Heinrici* aucupis vxorem, *Hadeburgam*, probabile est, viduam comitis *Ordachi* *Billigani*.

- (e) *Bisfinisburg* villa erat, Registro nostro teste, sita in pago *Hafugo*. Pagum *Hafugo* De villa ad fluuium *Salam* in Thuringia in confiniis oppidi *Merseburgi* et *Memleben* *Bisfinisburg* in fuisse positum, iam supra vidimus §. 139. not. (S). Procul dubio igitur erit *Bisfinisburg* in villa *Bisfinisburg* ipsa *Besenburg*, olim ad iura comitum *Mansfeldensium* relata. De *Gerulfo* vide, quæ diximus supra §. 163 not. (D). Ibi asseruimus, eum fuisse marchionis *Geronis*, qui instituit monasterium *Gerodenense*, ac comitis *Sifridi*, qui condidit cœnobium *Groningense*, patrem.
- (f) De variis mancipiorum generibus hic differendi occasio nobis daretur, si factum De variis opus foret. Illud tantum docemus, mancipia fuisse vel censuales, vel operæ mancipiorum feruili addita, illaque fuisse seruos ad censum, hæc vero ad ministerium daros, de quibus e chartis, hæcenus ineditis, egimus copiose in libro nostro *vom Visummann, de Viti viro*.
- (g) *Asteresbus* villa quondam fuit, Registro nostro testante, in pago *Hrecwiti*. Hunc De villa in pago generali *Westfalorum*, atque in episcopatu *Osnabrugensi* fuisse, iam supra §. 168. not. (R) vidimus. Procul dubio *Asteresbus* villa est vicus *Ostersbus*, in episcopatu *Osnabrugensi* situs. Cum vero *Abbanis* nomen diminutiuum sit ex *Adelberto*, hunc *Adelbertum* fuisse filium *Cobbonis* comitis ac nepotem *Ecberti* ducis, suspicati sumus iam supra §. 104. not. (n). Ibi diximus, eundem fuisse factorem comitum *Tecklenburgicorum*. Id, omnibus rite ponderatis, nemini prorsus videbitur improbabile, imprimis cum §. 228 *Ailbertus* quidam reperitur, quem *Gerulfus*, probabilissime ita iudicamus, inter testes, tanquam consanguineum suum, adhibuit eisque adgregauit.
- (h) *Erugen* villa in nostro non reperitur Registro. Quinam ergo sit vicus, nescimus. De villa *Erugen*.
- (i) *Berthabaniuthe* itidem non inuenitur in Registro nostro, locus, diligentia aliorum exquirendus. De villa *Berthabaniuthe*.

(k) *Bur-*